

Alteram herbam, recentiorum Asperulam esse existimamus, licet id nominis Aparinæ quoque assignetur, uti supra audiuimus.

1.  
Asperula.

VIRES AC TEMPERAMENTVM.

Vires ac iuuamenta Matrisyluæ in descriptione annotatæ sunt, deinde etiam sub Gallijs, nimirum quod cor exhilaret, uitiisque epatis auxilietur.

Asperulam uero tradunt ob insignem quam obtinet caliditatem, duros abscessus tufam ac extrinsecus impositam, emollire atque discutere.

De Rubia tinctorum. Cap. CLXIX.

Q VEM ADMODVM OPTIMI QVIQVE AGRI AD Aquisgranum & Duram siti, Isatide hodie quæstus gratia conferuntur, ita in aruis Argentoratensibus & Spirensibus loco tritici Rubia ista radix plantatur, propter emolumentum quod ex ea sentitur quæstuosissimum. Ante hæc tempora in Gallia & Italia colebatur Rubia, nunc in Germaniam quoque commigravit, ita ut plerique agricolæ, de coloribus quam de frumentis magis sint solliciti. Sed ut ad descriptionem deueniamus, Rubia caule anguloso, geniculato, asperoque, folijs uirentibus, contractioribus per interualla ex singulis articulis emicantibus, & rotatim in stellæ modum radiatis, ut in Aparina, quam & uestium tenacitate imitatur, radice rubia, rotunda & quæ tertio anno binos cubitos per humum hinc inde se extendat, colore intus Minij. Effoditur illa tertio anno, uenumque exponitur. Proinde e semine nequaquam hæc herba plantatur, sed furculis seu asparagis tenellis abscisis, opportunoque tempore in æstate terræ insertis, unde nouæ progressu subnascuntur radices. Atque hæc de satiuæ seu domesticæ Rubia, nunc & syluestrem persequamur. Ea satiuæ similima depræhenditur, quæ cum agris inclusa, sepes ac senticeta attigerit, in altum prorsus se attollit, interque spinas uiri quandoque proceritatem æquans emergit. Proinde cum inter sentes & spinas hæc Rubia degat non multum a mortalibus curatur. Theophrastus lib. x. cap. xiiij Rubiam folia habere Hederæ similia dicit, quod si interpretandum sit, dicam in eo Rubiæ folia Hederæ conuenire, quod facile ut illa, adhærescant, alioquin cum Dioscoride, Theophrasto non satis conueniet.

1.  
Rubia satiuæ.

2.  
Rubia erraticæ.

NOMENCLATURÆ.

Cermani Rubiam Rôdt nuncupant. Vulgo Rubea tinctorum, Vena Iacobus Manlius

Auicenn. ca. 580.



Rubia.  
Rode.

Plinius lib. 24.  
cap. 11.  
Dioscor. libro 3.  
cap. 151.  
Euthrion apud  
Marcellum dici-  
tur Teuthrion,  
que uox Folio  
montano compe-  
tit proprie.

Serap. cap. 60.  
Galen. de simp.  
medi. lib. 8.  
Aegin. lib. 7.



tinctorum, Spargula, non  
nullis Crocus Vasicus, Ro-  
xa, Roxani, Falma, Rodia,  
& Ena dicitur. Sed utcunq;  
his quidem uocitetur, certe  
apud Dioscoridem hæc se-  
quentia habet nomina  $\epsilon\upsilon\theta\rho\iota\omicron\nu$   
 $\theta\rho\delta\alpha\upsilon\omicron\nu$ ,  $\epsilon\upsilon\theta\rho\delta\alpha\upsilon\omicron\nu$ , Euthrion,  
Dracanon, Cinnabaris,  
Lappaminor, & Sopho-  
bi. Marcellus Florentinus  
commentator Dioscoridis  
a' uulgo, radicem & manū  
picceātem, quod asperitate  
sua tractata manibus pi-  
cis modo hæreat, uocatam  
trahit. Serapio Paue. Gale-  
nus Rhodiam Rhizam. At  
que hæc de Rubiæ tinctorū  
appellationibus.

VIRES AC TEMPE-  
rumentum.

Rubia licet a quod ueteres  
frequentis fuerit usus, tamē  
infectores nostri temporis  
effecere ut prope in uniuersum  
ab officinis exulet. Est  
autem Rubia natura sua ca-  
lida & sicca, aduersus uene-  
na, scabieq; & maculis ex-  
tergendis maximi momen-  
ti.

INTRINSECVS.

Radix uino decocta ac pota, nis opitulatur qui a serpentibus alijsue uene-  
natis